

- nam et illud presciturum est, cuique tunc moriendum, cum aderunt cause moriendi. quas quoniam ignoramus, viteque consulere tene-
mur, nec ultro morti sine causa nos offerre, consultum ducimus omnia vitare que mortalia censeamus, ut aconita, ut serpentes, ut
5 omnia venenosa, domum quoque male olentem vel in paludibus sitam aliave causa pestilentem. cur non eque civitatem, pagum vel oppidum, facta pestifera, sapienter deseramus, nichil est cause quod videam. quod enim inquis: « divine statuicioni contraire stul-
« tissimum », id fuit antea sublatum, cum ostendimus moram in
10 certo loco vel ex eo digressum non laudari posse nec reprehendi nisi ex animo facientis. at si de animo querimus, non dicitur tamen is divinis statutis contraire, qui causa tuende vite et eo animo proficiscitur e loco, sed parere potius, dum sue vite cavet et consulit. « sed enim, maneat, abeat, dispositio fixa non tollitur ». quenam
15 vero ^(a) est fixa illa dispositio? cuius enim rei nullam videas causam necessariam, eam rem necessariam futuram dices, non opinor. quid autem est quod minus necessarium aut minus certam causam habere videatur quam hora ^(b) vel modus moriendi? ut et proverbio sit usurpatum, cum sit nil certius morte, nichil tamen modo vel tem-
20 pore mortis incertius. quod si adhuc maneat in sententia, prout ex verbis tuis conicio, sic urgebis: presciturum dices modum et tempus moriendi, nec secus esse posse quam presciturum fuerit. itaque necessario sic futurum hoc quoque esse, quod fixum dicas, ita ut tolli aut immutari non possit. hec vero pervetusta ^(c) ratio est, quam
25 putabamus omittere, quod esset notissima, sed, ne quid intactum abeat, attigimus. et ut eius vim omnem efferamus, sit, exempli causa, Iohannes, quem Deus prescivit intra semestre morbo pestilenti ^(d) moriturum. hic, sicuti presciturum est, ita necessario morietur. quid ergo sibi aut industria proderit aut fuga, quando nec
30 per hanc se morti subducere possit nec per illam obsistere? hec autem cogitatio quotiens in animo versatur, dici quidem nequit quanto terrore quatiatur, ac si per eam ^(e) eliciatur omnes humanos actus subici necessitati; que tamen, si perspicis ^(f), nulla est. nam plane confiteor, si Deus ita prescivit, non aliter futurum esse, sed

morirà quando est-
steranno le cause
del suo morire; e
quindi noi, che le
ignoriamo, dobbia-
mo tutelare la no-
stra vita, evitando
tutte le cose mor-
tífere, quali sono
appunto i luoghi
infetti dalla peste.

Del resto, fu già
dimostrato che l'a-
bitare o meno in
un dato luogo non
è da lodare nè da
biasimare *simplici-
ter*, ma secondo la
mente dell'agente,
il quale nel dato
caso obbedisce al
divino decreto.

Ribatte poi l'ob-
biezione che co-
munque il divino
decreto rimane im-
mutabile,

quasi l'ora della
morte non fosse,
come dice il pro-
verbio, la cosa più
incerta del mondo;

dimostrando, per
via d'un esempio,

che la morte av-
viene bensì come

(a) *M*¹ quoniam vero (b) *M* mora (c) *M* vetusta (d) *M* pestilentia (e) *M* ac
per eam (f) *M* que tamen perspicis